SANCTI GREGORII PAPÆ 1. COGNOMENTO MAGNI OPERA OMNIA, AD...

Gregorius 1.>

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

1070. 40

Digitized by Google

SANCTI
GREGORII
PAPÆ I.
COGNOMENTO MAGNI
OPERA OMNIA,

Ad manuſcriptos codices Romanos, Gallicanos, Anglicanos emendata, aucta & illuſtrata notis.

Studio & labore MONACHORUM ORD. S. BENEDICTI, *è Congregatione S. Mauri.*

Quatuor Tomis in folio.

PARISIIS,
Sumptibus CLAUDII RIGAUD, viâ Cytharæâ.

M. DCCV.

CUM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

ABſolutis Operum Auguſtini, Ambroſii, Hilarii, Bernardi, aliorumque SS. Patrum editionibus, de S. Gregorio Magno novis curis & typis edendo minimè cogitabamus, quòd in lucem non ita pridem ſtudio Petri Guſſanvillæi prodiiſſet. Verùm cùm ad elucubrandam tanti Doctoris ac Pontificis vitam non ſolùm libros editos adhibuiſſemus, ſed multos etiam codices manuſcriptos; collationeque facta intellexiſſemus hos ab illis non parum diſcrepare; plurimùm Reipublicæ tum Chriſtianæ tum litterariæ intereſſe viſum eſt, ſi ad Gregoriana Opera emendanda & recudenda nos accingeremus. Nec mora, conquiſitis & accerſitis undique manu exaratis antiquioribus melioriſque notæ codicibus, omnia Doctoris maximi ſcripta recenſuimus ad illa optimæ fidei exemplaria, quorum ope corrupta bene multa ſanata ſunt & reſtituta. Locorum autem à nobis emendatorum ſpecimina in præviis ad ſingula S. Gregorii Opera præfationibus exhibuimus. At quid potiſſimùm in hac nova editione præſtitum ſit, commodiùs exponetur, quæ unoquoque tomo continentur enumerando.

PRIMO TOMO præmittitur Præfatio generalis, ubi præſertim recenſitis variis Gregorianorum Operum editionibus non ſatis accuratis, ſuſceptum à nobis novæ procurandæ conſilium proponitur. Hæc inchoatur ab exegeticis in ſacram Scripturam, complectiturque

Libros XXXV. Moralium in Job, ſex in partes, ut in vetuſtioribus codicibus, diſtributos.

Homilias in Ezech. XXII. duobus comprehenſas libris.

Homiliarum XL. in Evangelia libros quoque duos.

Singula hæc Opera ſuis præfationibus muniuntur & illuſtrantur, adjectis notis tum ad oram columnarum, quibus præſtantiores indicantur ſententiæ; tum ad calcem, quæ vel variantes manuſcriptorum, vel librorum priùs editorum à nobis rejectas lectiones exhibent, vel non ſpernendas obſervationes ſuppeditant. Tomum hunc ampliſſimi claudunt indices duo, locorum ſcilicet ſacræ Scripturæ, necnon rerum & ſententiarum.

SECUNDUS TOMUS complectitur cetera quæ ſuperſunt ſanctiſſimi Doctoris Opera indubitatæ fidei, & cujuſvis interpolationis expertia, videlicet

Digitized by Google

Librum Regulæ Paſtoralis, mutata ex veterum mem-branarum præſcripto, capitum quæ in aliis obtinet editis, diviſione ſanè minùs commoda.

Quatuor Dialogorum libros Latinè & Græcè, quos noſtro Gregorio aſſeruimus in Præfatione Vindiciis Petri Guſſanvillæi de eodem argumento adjecta; multas inſu-per notas & obſervationes rerum quæ in Dialogis narran-tur elucidandarum cauſâ, ſubjunximus.

Regiſtrum Epiſtolarum nonnullis Epiſtolis auctum, in libros quatuordecim diviſum, cum Appendice. Subjiciuntur, Diſſertatio in qua Epiſtolarum ordo à nobis reſtitutus, ar-gumentis demonſtratur: Earumdem geographica divi-ſio bipartita, ſeu index geographicus: Ordo Epiſtola-rum antea vulgatus ad novum reductus & vice verſa: In-dex alphabeticus earumdem, deſumtus ex nominibus eo-rum ad quos S. Gregorius ſcripſit, & qui ad ipſum ſcri-pſere: Collectanea ſeu excerpta ex iiſdem Epiſtolis ad va-rios præſertim juris Canonici redacta titulos, opera Emi-nentiſſimi Cardinalis Antonii Caraſæ: Denique triplex index, unus locorum ſacræ Scripturæ, alter canonum qui cùm ex primo, tum ex ſecundo maximè tomo S. Gre-gorii deſumti ſunt; ultimus rerum & ſententiarum co-pioſiſſimus.

TERTIUS TOMUS duas in partes dividitur. *In priori* continentur:

Liber Sacramentorum S. Gregorii cum brevibus notis, & duplici Præfatione prævia, una ſcilicet quam adorna-vimus, altera verò à Domno Hugone Menardo elucubrata.

Ejuſdem Hugonis Menardi notæ & obſervationes in Librum Sacramentorum, à multis repurgatæ mendis, quas ab eruditis plurimùm expeti & laudari noveramus. His ſubjecimus ſcholia auctore Angelo Rocca, Sacrarii Apoſtolici Præfecto.

Benedictiones quæ in laudato Sacramentorum libro de-ſiderantur, ex Benedictionali cura Lambecii edito, & aliud Benedictionum Epiſcopalium ſupplementum ex co-dice pervetuſto mſ. S. Theoderici prope Remos.

Liber Antiphonarius S. Gregorii præmiſſis præfationi-bus & continuis illuſtratus auctuſque notis.

Denique Liber Reſponſalis, qui nunc primùm in lucem prodit ex inſigni codice Compendienſi nono ſeculo incli-nante deſcripto.

Digitized by Google

Clauditur hæc prior pars ampliſſimo rerum & verborum memorabilium indice.

In altera parte Tomi Tertii reperiuntur:

Variæ expoſitiones in Librum I. Regum ſex libris comprehenſæ; quod eximium opus ita vindicamus S. Gregorio in præfatione prævia, ut tamen haud negemus quædam à Claudio Abbate, ſanctiſſimi Doctoris olim diſcipulo, fuiſſe pauliſper interpolata.

Expoſitio in Cantica canticorum magna ex parte auctior mſs. ope, quam etiam in admonitione S. Gregorio tribuendam demonſtramus.

Expoſitio in ſeptem Pſalmos Pœnitentiales.

Concordia quorumdam teſtimoniorum ſacræ Scripturæ, ex mſs. cod. & ex Johannis Gilotii editione.

In hæc Opera duplex index, unus locorum è ſacra Scriptura citatorum, alter autem rerum & verborum.

QUARTUS TOMUS Bipartitus *priori parte* exhibet triplicem S. Gregorii vitam.

Prima eſt quam Paulus Warnefridi Aquileïenſis Diaconus poſtea Monachus Caſinenſis olim ſcripſit, uti plurimis invictiſque probatur argumentis.

Secundam vitam longè ampliorem quatuor in libros diſtributam debemus Johanni Rom. Eccleſiæ Diacono Caſinenſi quondam Monacho. Huic ſubtexuimus elogia & teſtimonia veterum de S. Gregorio.

Tertia eſt à nobis ex Gregorianis ſcriptis adornata, & quatuor etiam comprehenſa libris. De notis quibus triplex hæc vita illuſtratur, & de ipſius Indice hîc dicere ſuperſedemus.

Altera pars Tomi hujus ultimi offert genuinum & integrum S. Paterii inter S. Gregorii diſcipulos præſtantiſſimi opus in vetus novumque Teſtamentum ex magiſtri ſententiis contextum, cujus partem ſecundam & tertiam nondum publica luce donatas, hactenuſque in bibliothecarum pulvere jacentes, nobis ſuppeditarunt optimæ fidei codices manu exarati.

Adjecimus quoque Alulfi Monachi lucubrationem de expoſitione novi Teſtamenti, quæ jam typis excuſa, Paterii nomen præferebat.

958884

Digitized by Google

Digitized by Google

MC

Digitized by Google